



COMMENTARIA REVERENDISSIMI PATRIS Fratris Thomæ de Vio Caietani artium/sacræ theologiæ & ordinis prædicatorum professoris ac eiusdē ordinis Generalis Magistri in libros Aristotelis de Anima.





ℂINCIPIT QVAESTIO SINGVLARIS DE INFINITATE PRIMI MOTORIS EDITA A REVERENDISSIMO PATRE FRATRE THOMA DE VIO CAIETANO ARTIVM SACRAE THEOLOGIAE ET ORDINIS PRAEDICATORVM PROFESSORIS: AC EIVSDEM ORDINIS GENERALIS MAGISTRI.

ℂ Quæritur utrum deus glorioſus ſit infinitæ uirtutis. Et arguitur ꝙ non.

1ª ratio. PRimo, quia aut deus mouet cœlum effectiue & immediate: aut nõ effectiue: ſed ut finis tm̃: uel effectiue & mediate. Si primo modo & eſt infinitæ uirtutis: ergo motus cœli eſſet in non tempoꝛ. Quod eſt contra ſenſum, conſequentia patet ex 8° phiſicorum textu. 79°. & p° cœli textu. 52°. & 2°. cœli. co. 58°. & alibi &c. Si 2° modo aut 3° & eſt infinitæ uirtutis: ergo habetur in reꝝ natura una uirtus, quæ ſi moueret effectiue & immediate: motus fieret in nõ tp̃e: tunc ultra: Sed poſſibile eſt uirtutẽ illam infinitã mouere effectiue & immediate: ergo poſſibile eſt ex ea ſequi motũ in non tempore: qđ eſt impoſſibile ſimpľr. Prima cõntia ex antedictis ẽ euidens: affirmatio uero ultimi antecedentis patet ex eo ꝙ uirtus infinita nec eſt alligata cauſalitati finali motus: nec mediatæ cauſalitati effectiuæ eiuſdẽ quin poſſibile ſit ipſam ab iis abſolui: alioquin infinita uirtus non eſſet. Si dicatur ꝙ hæc ratio ſupponit Deum agere naturaliter. i. non quantum uult, ſ3 quantum poteſt, & ꝙ hoc non eſt neceſſarium: qa Deus ẽ naturæ intellectualis, cuius ꝑprium ẽ agere ſm intellectus ſui deſinitionẽ ut artifices facere uidemus. Et cõter Deus tanta uelocitate mouet, nõ quin plus poſſit, ſed quia ſic explicandæ ſuæ arti expedire uidet.

ℂ Contra hoc eſt: primo quia ſaltem habetur intentum ſm Ariſtem & Auerroim cæteroſq; philoſophos tenentes Deum l3 intellectualem: naturali tñ neceſſitate agere: demonſtratio ſiquidem poſita in p° cœli tex. 90. ad oſtendendam unitatem mundi manifeſte ſupponit hoc, ut patet ex dubio ibidem moto ab Alexandro & Auerroi & ſancto Thoma, & cæteris: Venatio etiam numerus intelligentiarum iuxta numerum motuum cœleſtium in 12°. methaphiſicæ textu. 43°. hoc idem ponit. Numerus enim motorum non adæquatorum non poteſt ex motuũ numero efficaciter cõcludi: cũ poſſet facile quiſpiã dicere plures motus ab eodẽ excedẽte motore fieri. Inconueniens quoq; reputatur ab Ariſte 8° phiſicoꝝ textu 79°. ꝙ uirtus finita & infinita poſſent æquali tempꝛe mouere. Quod tñ ex hac reſſione ſequeretur: Auerrois quoq; 8° phiſicoꝝ. co. 15°. & primo cœli co. 21°. & Auicenna 6° methaphiſicæ hoc idem ſentire uidentur. 2° quia, ut dicitur p° priorum: & p° cœli tex. 119°. id ad quod ſequitur falſum impoſſibile eſt ſimpľr impoſſibile: ſ3 ad uirtutẽ infinitam poſitam in rerum natura, l3 agentem libere, ſequitur falſum impoſſibile. ſ. poſſe fieri ab ea motum in nõ tempore: ergo ipſam eſſe in rerũ natura eſt ſimpľr impoſſibile: probatur minor. Tũ quia nõ eſt impoſſibile Deum uelle uti tota uirtute ſua, ut inductiue patet in omnibus agentibus, & ut dicitur in primo cœli textu. 102. ab uniuerſali manifeſtata per inductionem in omnibus ſenſibilibus non eſt reſiliendũ. Tum quia conſiderata tm̃ uirtute diuina infinita, & non conſiderato modo agendi qui eſt poſterior. ſ. agere per libertatem, ſequitur motum fieri in non tempore, q̃uis non de facto: q̃uis quantum ex rõne potentiæ motiuæ. Conſtat autem non ſolum eſſe impoſſibile illud ad quod ſequitur đ facto poni aliquod impoſſibile in rerũ natura: ſed etiã illud ad qđ ſequitur aliquod impoſſibile ſimpľr: unde hoc poſſet explanari ſic. Quemadmodum poſitio tua duo dicit. ſ. ꝙ eſt uirtus infinita, & ꝙ agit libere: ſic cõter ego deduco duo. Ex p° quidem, ꝙ fieret motus in non tempore: ex 2° autem ꝙ de facto hoc falſum eſt. Ex quibus ſimul infertur ꝙ ad uirtutem infinitam licet agentem libere, ſeqtur falſũ aliquod impoſſibile: & cõter ipſã inueniri eſt impoſſibile.

ℂ Secundo arguitur ſic. Omni potentiæ actiuæ in natura reſpondet aliquod poſſibile ex potentia paſſiua & econuerſo, ut dicitur in p° cœli. co. 124°. uel ſaltem reſpondet aliquod poſſibile manifeſtatiuũ totius illius uirtutis actiuæ ut ſic. Aliter fruſtra eſſet quum potentia ſit propter opus. 2°. cœli tex. 17°. Sed uirtus diuina motiua eſt infinita ꝑ ſe: ergo ſibi reſpondet ſaltem poſſibiliter aliquis motus manifeſtatiuus infinitatis illius. Hoc autẽ eſt impoſſibile quia aut ille motus eſſet corporis infiniti: qđ impoſſibile eſt inueniri: aut corporis finiti in non tempꝛe: qđ eſt impoſſibilius, aut eſſet corporis finiti in tp̃e æterno, ut eſt motus cœli, & hoc non cõcludit infinitam uirtutem motoris, ſ3 immutabilem & immaterialem. Alioquin omnes motores cœlorũ eſſent infinitæ uirtutis. 2ª ratio.

ℂ Et confirmatur, quia quantitas uirtutis actiuæ ex effectus quantitate cognoſcitur, ut dicitur in p° cœli tex. 116. Vnde quũ Deus non poſſit producere effectum infinitũ, ut cõmuniter tenetur, & a phis & a theologis coñs eſt, ꝙ uirtus diuina infinita non ſit. Et confirmatur 2° ex 4° phiſicorum tex. 131. ſic. Si impoſſibile eſt eſſe mobile: impoſſibile eſt eẽ motiuum & econuerſo. Et ſimiliter: Si impoſſibile eſt eſſe mobile uelocitate infinita: impoſſibile eſt eſſe motiuum uelocitate infinita: ſed impoſſibile eſt tale mobile inueniri: ergo & motiuum infinitæ uirtutis.

ℂ Tertio arguitur a credentibus ſe arguere ex cõmento. 38°. ſecundi de cœlo, ubi Auerrois dicit ꝙ 3ª ratio.
ſi motor non haberet potentiam terminatam, ergo neq; naturam terminatam. Et ſic intelligerentur ex ſua natura motores infiniti, & non intelligerentur ex ſuo eſſe res propriæ ei &c. Ex illo enim comt° arguunt ꝙ infinita uirtus eſt ens impoſſibile inueniri in reꝝ ordine, quia ſi ponatur, ſequeretur inquiunt quidam, ꝙ totũ nõ eſſet maius ſua parte. Accepta enim uirtute illa infinita & diuiſa ſm intellectũ in duas quaſi partes, ex quo quanta & uirtualiter: quũ

/

quælibet pars infiniti sit infinita & unum infinitū non sit maius alio. Coñs est q̧ tota uirtus infinita est æqualis cuilibet suarū partium: quod est impossibile. Et ad hoc deducit ibi Auerrois quum dicit q̧ si esset motor infinitus intelligerētur ex sua natura motores infiniti: Alii uero eandem inde deducere uolentes conclusionē; dicunt ideo esse impossibile ens hñs uirtutē infinitam: quia infiniti ꝓprium est occupare totum. Et ideo si daretur infinitum s͠m uirtutem, occuparet omnem uirtutem: nec compareretur secum aliquam aliam uirtutē. Et sic periret ordo uniuersi: & quia infinita natura continenet & occuparet infinitas naturas: natura autem est principium motus: ideo dixit q̧ intelligerentur ex sua natura infiniti motores.

℄ Potest tamen difficilius & ad mentem Auerrois ibidem argui sic. Causa finis intensiuæ est distinctio formarum: & hæc est cōmunis formis materialibus & immaterialibus: ergo finitas pª est cōmunis omnibus formis. Añs probatur: tū quia distinctio formarum mouentium est causa finitarū proportionū ad mobilia: nisi enim esset diuersa natura mouentis solem a natura mouentis Saturnum, non posset reddi ratio suarum commensurationū ad mobilia propria. Tum quia constitutiua formarum ex q̄bus oritur, earū distinctio sic se habere necesse est q̧ unū aliquid claudit positiuum: quod reliquū non claudit & econuerso. Ab infinito autem nullum positiuum excluditur. Ac per hoc periret multitudo & differentia motorum.

4ª ratio. ℄ Quarto arguitur sic. Si Deus esset infinitæ essentiæ: sequeretur q̧ nullū ens esset perfectius alio. Hoc est falsum g° & c. Cōñia probat̄ supponendo q̧ ꝑfectio attendatur penes accessum ad summū q̄d etiam habetur in proposito ex .x°. methaph̄.co.7°. ubi dicitur q̧ primus motor est mensura omnium substantiarū. Hoc enī stante deducitur cōñia sic. Eorum quorum nullum est alio ꝓpinquius summo nullum est alio perfectius. Sed si deus est infinitus nullum aliorū entium est sibi propinquius alio: q̄a a quolibet distat in infinitum: ergo inter entia alia a Deo, non datur perfectius & minus perfectum.

5ª ratio. ℄ Quinto arguitur autoritatibus. Et p° Auerrois 8° phisicorum.co.79°. ubi negat primum motorē esse infinitum. 2° in 2° cœli.co.allegato.38° & 39°. ubi subdit q̧ infinitas intensionis impossibile est q̧ inueniatur in formis inq̄tum sunt formæ. Et confirmatur hoc idem in.co.71°. & in de substantia orbis c°3° &c. Arĩes quoq; in 2° cœli textu.71°. testimonium huic parti perhibet: dum dicit q̧ si adderetur stella orbi erratico: ultimus orbis esset in labore. Cōstat enim ut ibidem & in.co.58°. declarat Auerrois q̧ ultimum orbem reuoluere alios, est motorē eius hoc facere, quem omnia desiderant, quem constat esse Deum. Et cōñter nihil aliud est dicere: ultimus orbis esset in labore: q̄ Deus esset in labore: hoc aūt non sequeretur. Si d̄s esset infiniti uigoris: ergo &c.

℄ In oppositum est autoritas Arĩis 8° phisicorū tex.co.ultimi: utentis infinitate pro medio termino ad concludendum Deum esse incorporeum.

℄ In hac queōne tria sunt agenda. p° declarabitur titulus. 2° probabitur pars affirmatiua. 3° respondebitur rōnibus ad oppositum.

℄ Quo ad primum quū finiti & infiniti rō q̄titati congruat, ut dicitur p° physicorum textu. 15°. & quantitas diuidatur in successiuā & permanentē. Et hæc in quantitatem molis & perfectionis: supponamusq; Deū esse incorporeum & immortalē &c. coñs est q̧ nec de quantitate durationis, nec molis, queō præsens sit: sed de quantitate perfectionis: an infinita sit. Quia uero infinitum negationem claudit: non est putandum priuatiue teneri: sed ut cōmuniter & uere dicitur: negatiue: quia non q̄ritur utrum Deus nō habeat perfectionis terminos, quos sua uel alicuius alterius natura nata est habere. Sed simpl̄r quæritur utrum nullos habeat perfectionis terminos. Et licet mutuo se consequantur infinitas uirtutis & infinitas essentiæ: diuersa tñ quæsita formal̄r sunt, & diuersa habēt propria media. Propter q̧.D.Thomas in.7ª queōne primæ partis tractat infinitatem essentiæ Dei: & in queōne.25ª. infinitatem suæ potentiæ. Vnde queō nostra de infinitate uirtutis inquirens, si infinitatem essentiæ quasi pertransibit arguenda insufficientiæ non est. Vertitur ergo hoc in loco in dubium, an uirtus seu potentia Dei gloriosi sit tantæ perfectionis: q̧ nullis perfectionis limitibus angustetur an nō.u.g. Applicando queōnem ad uirtutem motiuam. An uirtus motiua Dei gloriosi sit tantæ perfectionis, q̧ quantum est ex se nullo limite claudatur, sed quacunq; uelocitate data possit facere maiorem: an concludatur aliquo termino puta q̧ ultra uelocitatem.xxiiii.horarum non possit facere maiorem. Et hæc de p°.

℄ Quo ad secundum: quia nō est intentionis præsentis discutera difficultatem hāc nisi inter perhipateticos & horum duos tñ: principem.s.eorum & Auer. a q̄bus methaphysicalia media propria ad infinitatē substantiæ diuinæ aut non habemus: aut sic ut nefas uideatur mordaci multorum imperitiæ exponere. Ideo duabus tñ uiis propositum ostendetur. Vnum tñ de ipsa diuina essentia præmittendo.s. q̧ est ipsum esse per essentiam & totam eēndi uirtutem præhñs superexcedensq; nobilitates omnium rerum quæ fuerunt & quæ sunt: & quæ possunt esse, etiam simul sumptarum. Q̄d enim sit ipsum esse per essentiā Arĩes 2° methaphysicæ tex. 4° & Auer. 12° meth. ph̄.co.51°. testantur. Q̄d uero ipsum esse per essentiā totam eēndi uirtutē præhabeat: apud sapientes penetrantes terminos in dubium uerti non potest. Sed ut cōmunis animi conceptio est quemadmodū incorporalia non esse in loco. Exprimitur quoq; ab Auerroi in .co. 21°. quinti meth̄. ubi dicitur in Deo contineri nobilitates omnium generum. Cuiusq; siquidem rei nobilitas s͠m aliquā essendi rationem est: confirmaturq; ab eodem in.12° meth̄.co.18.&.36. ubi dicit in p° motore omnia contineri actu: & in.co.51. Q̄d autē omniū nobilitates simul sumptæ deficiant a nobilitate prima: ex eo patet: q̧ quū ipse ita sit summū ens q̧ cæterorū nobilitates claudat in se nobilissimo modo: tanto omnibus præstat: quanto eorum in se naturas nobiliori habet modo: habet enim omnia

in se per modum sui qui est purus actus oio. Vnde ridiculum est, q quidam non sunt ueriti scribere. s. q quu3 dupl'r possit intelligi Deu3 habere in se perfectiones omnium: uno mõ sic ut habeat in se unam simplicem essentiam præhabentem omnia ut pura actualitas: alio modo sic, ut habeat in se gradus perfectionales correspondentes singulis perfectionibus cotentis. Si 2° modo uerificaretur, tunc Deus esset pfectior cæteris simul sumptis: si uero p° modo nõ concluditur Deum esse perfectiore3 omnibus simul sed singulis. Et quia primo modo uerificatur: ideo ex his non habetur Deũ esse perfectiorem omnibus simul sumptis. Ridiculum inq̃ est: quia puerile est in phia æquare perfectiones particulares perfectionibus ulibus. Non .n. est possibile fm rem neq; fm intellectum etia3 data fingendi licentia, ut aliquid sit melius ipsa bonitate p essentiam, aut magis ens ipso esse per essentiam, aut magis uiuens, aut intelligens &c. q̃ ipsa uita & ipse intellectus per eẽntia3. Si ergo Deus fm ueritatẽ est huiusmodi, quomodo potest aliquid eo perfectius fingi? Vnde Aris'es 12° methaphysicæ tex. 39° notanter concludit Deu3 eẽ uiuũ & sapientem & c. ut Platoni attributũ dogma confutaret q nobilitates entiũ diuisit, ponens aliud esse per se unum, & aliud per se ens, & aliud per se uitam & c. Vnde sicut leo platonicus esset pfectior non solum singulis, sed omnibus leonibus simul quatenus leones sunt, & si infinities infiniti leones particulares essent, omnes a per se leonis nobilitate deficerent: sic omnia entia per participatione3 a p° per essentiam ente necesse est deficere. Qđ etia3 ex causalitate equiuoca primi super omnia, manifeste patet. Hac igitur primi entis nobilitate præhabita, ostendendũ est an uirtus eius sit infinita intensiue.

¶ Prima ergo uia ex fine octaui phicorum sumitur sic. Arist. ut Auerrois. co. ultimo inquit, concludit in 2ª figura Deum non esse uirtute3 in corpore sic. Nullum corpus aut uirtus in corpore est infinitum: primus motor est infinitus: ergo primus motor non est corpus nec uirtus in corpore. Probatur maior. Quia uirtus infinita aut esset in corpore infinito: & hoc non datur aut in corpore finito: & hoc ostensum est esse impossibile. Minor uero. Quia mouens tempore infinito est uirtutis infinitæ. primus motor est huiusmodi: ergo & c. Iste est processus Arist. in quo manifeste utitur infinitate uirtutis p medio termino. Nec refert siue sic, siue al'r formetur processus Arist. qm̃ quocunq; modo formetur in idem redit, ut patet in textu. Quidam autẽ peruertentes textum, dicunt q Aris'es sumit quidem pro medio, infinitam uirtutem: Sed uirtus infinita potest esse dupl'r: Vno modo intensiue, & sic nõ accepit Arist. Alio modo fm durationem, & sic intellexit. Ita q maior ẽ nulla uirtus in corpore est infinita secundũ tempus & c. Sed contra hos ex hoc processu arguit sic. Præmissæ alicuius syllogismi probatæ anterioribus syllogismis, in eo sensu sunt sumendæ in quo fuerunt conclusæ in præcedentibus rationibus. Ista patet de se: Sed præmissæ syllogismi facti in textu ultimo fuerunt probatæ per alias rationes factas, ut ibidem fatetur etiam Arist. ergo accipiendæ sunt in sensu in quo probatæ sunt. Constat aũt q præmissæ illæ pbatæ sunt, loquendo de infinitate intensiua: ergo accipiendæ sunt ut loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus. Et ultima tñ propositio restat declaranda: quæ sic declaratur. Maior huius syllogismi fuit conclusio probata in tex. 79. quo ad hoc q uirtus infinita nõ potest esse in magnitudine finita. Et fuit conclusio probata in 3° physicorum longo pcessu quo ad hoc q magnitudo infinita nõ datur: Sed in textu. 79°. non potest inficiari, quin loquatur de uirtute infinita intẽsiue: ergo pª pmissa loquitur de uirtute infinita intensiue. Minor uero ẽ conclusio probata ab Ar'le in hoc tex. & conclusione textus. 78. Probat enim hic primum motorem esse uirtutis infinitæ, quia mouens tempore infinito est uirtutis infinitæ, ut ibi probatum fuit. Ad illum .n. textum expresse in hoc loco se remittit Arist. dicens q impossibile est finito moueri aliquid fm tempus infinitum: monstratum est nunc. Constat enim q nullibi probatu3 est nisi in textu. 78°. Apertissime autem liquet etiam cæcis, q in textu. 78°. non est sermo nisi de finita & infinita uirtute intẽsiue: ergo altera etiam præmissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duxi adducere demonstrationem Arist. in tex. 78. & . 79°. ut ostendam ibi sermonem haberi de finitate & infinitate intensiua. Rationes enim adeo apertæ sunt, ut ostensione hac non egeant. Exigitur tñ ad hoc ut uideantur. Et ne suspensu3 quempia3 reddamus, donec librũ phicorum uiderit, fidel'r ipsas demonstrationes adduximus.

¶ Demonstratio ergo habita in textu. 78. ad ostendendu3 q motus in tempore infinito nõ potest fieri a uirtute finita est ducens ad impossibile. Et accipit p° ab aduersario eius positionem .s. q sit ita q. A. uirtus ut centum moueat. B. mobile centũ cubitorum in. C. tempore infinito: deinde adiungit huic propositionem possibilem .s. q .D. uirtus ut decem, quæ est decima pars uirtutis ut centum: moueat. E. mobile decem cubitorum: quod est etiam decima pars primi mobilis in tempore .Z. Et tunc arguitur sic. Hoc tempus in quo mobile decem cubitorum mouetur a uirtute ut decem non est æquale tempi illi in quo mobile centu3 cubitorum mouetur a uirtute ut centũ: Sed minus eo: quia demonstratum est in 6° q cæteris paribus totum mobile, seu mobile maius maiori tempore eget ad pertranseundum aliquod certum signum q̃ pars eius, seu mobile minus. Et ad sensum patet: uel quia fm Auer (& in idem redit) quia maior potẽtia mouet maiore tempore. s. maius mobile respectu alicuius signi pertranseundi seu (quod idem est) condiuidendo tempus mobili. Aliter non esset uerum, quia ut dicitur in 7° physicorum tex. 36. media potentia mouet mediũ mobile inæquali tẽpe per æquale spatium. Quum ergo illud tempus sit infinitum, restat q hoc sit finitum. Sit ergo tẽpus .Z. decem horarum. Et tunc arguit sic. Si augeatur uirtus ut dece3 donec consumat aut adæquet uirtutem ut centum: & simil'r augeatur mobile decem cubitorum donec consumat uel æquet mobile centu3 cubitorum: necesse est proportional'r augeri tẽpus .Z. dece3 horarum donec consumat aut adæquet tempus

rugust in. setua i. q. d infinita ie primi motoris: buile. 8° phicoru3 ex achil in quo l° p°.

in quo uirtus ut centum mouet mobile centum cu bitorum: quia necesse est æquales uirtutes mouere æqualia mobilia tempore æquali. Sed infinitũ non potest consumi: nec ei potest aliquid multiplicatũ æquari. Ergo tempus quo uirtus ut centum mouet impossibile est esse infinitum quod erat probandũ.

¶ Demonstratio autẽ posita in tex.79°. probans q in magnitudine finita non potest esse uirtus infinita est etiam ad impossibile. Et p° supponit tria: primum est q maior uirtus motrix facit æquale motũ in minori tempore: secundum qd ex p° sequitur est q infinita uirtus facit plus in æquali tempore q̃ finita: tertium est q omnis motus est in tempore. Quibus stãtibus arguit sic: si in magnitudine finita esset uirtus motiua infinita: sequeretur q in æquali tempore æquale mouerent uirtus finita & uirtus infinita. Hoc autem est impossibile: ergo & c. contra declaratur ibidem sic. Sit. A. tempus unius horæ in quo uirtus infinita mouet: & sit. B. tempus mille horarum in quo uirtus finita puta ut centũ mouet. Tunc quum quanto uirtus motiua fit maior: tanto tempus in quo mouet: fiat minus p suppositiones. Augeatur uirtus motiua ut centũ in tanta proportione in q̃ta tempus unius horæ exceditur a tempore mille horarum: & tunc manifeste patẽ: q in æquali tempore æqualiter mouebit uirtus illa finita in millecupla proportione ad uirtutem ut centũ: & uirtus infinita quod erat impossibile deducendũ. Ex his tã manifeste patet: q nunq̃ fit sermo de infinitate durationis: sẽ semper de infinitate & finitate intensiua: qui his oblatis hoc non uidet: nõ egeat medio sed sensu intellectuali. Non confirmatur. Præmissæ istius ultimi syllogismi intellectæ (ut dicũt) de infinitate durationis: aut assumuntur ab Arist. ut p se notæ aut ut probatæ. Non ut per se notæ: qm̃ sunt aut falsæ: aut maxime dubitabiles: tum quia sol his uirtutẽ motiuã tpe infinito motu alterationis: tũ quia totũ corpus cœleste mouet actiue motu locali spheram ignis: & supremũ aeris tempore infinito. Et tñ constat q hæc sunt corpora. Nec fm ueritatẽ apparet aliquid cogens: nisi loquentes: ad dicendũ q uirtus corporea actiua est necessario finita fm durationem. Vnde Aris. assumens ut per se nota ea quæ sensus perhibent esse falsa: plurimũ peccasset. Nec ut pbatæ: quia nullibi inueniuntur in hoc seu su probatæ ergo & c.

¶ Et qm̃ queõnem hanc non aggredimur ea rõne: ut sciamus qd senserit Arist. qm̃ hoc a philosophia extraneum est: sed ut sciamus qua ratione hoc conclusum sit: & in processu prædicto ambiguitas magna est circa probationem minoris: quæ est queõnis huius obiectum: ideo uidendũ hic est q̃ efficaciter minor illa probetur.

¶ Est aũt ratio dubitandi: quia tex.78 .s. mouens tempore infinito est in̄finitũ: ex qua pbatur minor textus ultimi .s. primus motor est infinitus loquitur de mouente tempore infinito ex parte mobilis: ut patet ex rõne probante ipsa: q condiuidit .n. tempus mobili. Minor autem ista loquitur de mouente tpe infinito ex parte magnitudinis seu spatii: super qd fit motus: ut patet in motu cœli. Primus.n.motor non aliter mouet tempore infinito: nisi quia mouet cœlũ tempore infinito. Constat aũt q nec tempus nec motus cœli habet infinitatem ex parte mobilis: sed ex parte spatii infinities pertranseundi. Constat autem q ad mouendum tempore infinito p° modo requiritur uirtus infinita: ut pẽ ex demonstratione Arist. tex.78. Et hoc siue uirtus illa sit corporea siue incorporea: permanet uerum: & q ad mouendum tempore infinito 2° modo non requiritur uirtus infinita: ut patet de motore orbis lunæ qui est uirtutis finitæ: & sufficiens est mouere motu æterno. Et dẽ siquidem uigore quo semel potest mouere suũ orbẽ potest infinities iterare motum illum: quia est inalterabilis & immutabilis uirtutis: & ut dicitur in 8° phicorum tex.85°. semper simil̃r se hñs in se: & ad mobile semper idem faciet. Et ut clarius pcipiatur modus queõnis. Sciendum ex 6° physicorũ longo processu: q tempus motus condiuiditur mobili: & condiuiditur magnitudini: super quam est motus: Et simil̃r dupl̃r infinitũ esse contingit: Vno modo ex parte q̃titatis mobilis: Alio modo ex parte q̃titatis spatii. Mobili quidẽ condiuiditur tempus: & ex eo infinitatur: quia si aliquod certum signum in aliquo spatio designatum sit pertranseundum prius p transitur ab una parte mobilis q̃ ab alia. Et si ptranseundũ est a pluribus mobilibus inæqualibus uno decẽ cubitorum & altero uiginti & c. Et cæteris paribus quæratur q̃tum erit tempus mensurans transitus istos manifeste patet: q si mobile decem cubitorum transit illud lignũ in una hora q mobile uiginti cubitorum pertransibit illud in duabus: sicut & illud met signum prius transit medietas mobilis q̃ totum. Oportet enim seruata æqualitate motus q̃to mobile est maius tardius pertransire signum illud.u.g. si primus orbis & orbis lunæ æqualiter mouerent signatũ punctũ orientis: orbis lunæ tanto citius pertransiret q̃to minor est primo orbe. Ita q qñ orbis lunæ peregisset suum transitum: forte adhuc nec millesima pars primi orbis punctum illũ orientis transisset: & idem est in motu recto. Vnde si infinitum est mobile: infinitũ necesse est esse tps in quo datum signum pertranseundũ est. Magnitudini uero condiuiditur tempus: & ex ea simil̃r infinitatur: quia finitum mobile prius transit unam partem magnitudinis q̃ aliã. Et sic cæteris paribus q̃to maior fuerit magnitudo ptranseunda: tanto maius erit tempus mensurans motum: & si infinita infinitum: ut in motibus processiuis manifestum est. Nec refert in proposito an magnitudo seu spatium coincidat ratione materiæ in idem reali cũ q̃titate mobilis: ut in motu cœli contingit. Non enim est aliud spatium pertranseundum a primo corpore q̃ q̃titas ipsius: ut Auerrois dicit in 2° cœli .co.46°. Patet .n. q cœlum prius pertransit partem spatiiq̃ est ab oriente ad meridiẽ: q̃ illã quæ est a meridie ad occidens: nihil minus q̃ si ibi esset realis distinctio q̃titatis spatii & q̃titatis mobilis. Simil̃r non refert in proposito: an quantitas spatii quantitatem temporis augeat ex quantitate suarũ partiũ nunq̃ ab illo mobili pertransitarum: ut cõtingit in motu recto & prima reuolutione circulari: an ex q̃titate

earundem

earundem partium quæ pluries pertranseundæ sũt
ut contingit in reflexione motus recti/& in 2° reuo
lutione circulari & deinceps. Spatium enim idem
2° pertranseundum alterius spatii æqualis p° rõneꝫ
habet: & perinde quantificat & extendit tempus:
ac si alterum æquale p° esset / seu (ut melius loqua
mur) ac si esset altera pars totalis spatii æqualis pri
mæ parti. Et similr̃ est de omnibus reuolutionibus
circularibus. Ex his igitur patere possunt tria: p°
qd' tempus quo mouetur cœlum perpetuo / est infi
nitum non ex parte mobilis / sed magnitudinis seu
spatii: quia cœlum corpus finitum est. Et ideo tp̃e
infinito moueť: quia spatiũ ab oriente in occidens
infinities peragit. 2° ꝙ tempus quo probauit Arist.
in tex. 78°. non posse fieri motum a uirtute finita
est infinitum ex parte mobilis: qm̃ manifeste ibi fit
diuisio temporis ſm diuisionem mobilis / dum au/
gendũ proportionalr̃ dicitur ſm augumentationẽ
mobilis & motoris: ut contra proteruos syllociześ
sic. Quantitas temporis aucta & diminuta propor
tionalr̃ ſm augumentationeꝫ & diminutionem po
tentiæ motoris etiam quantitatem ipsius mobilis ẽ
quantitas se tenens ex parte mobilis. Patet ista ex
terminis & ex. 7°. physicoꝝ tex. 36°. sed quantitas
hæc temporis de qua loquitur Arist. est huiusmodi
ut patet de se / & Auerrois in. co. expresse asserit cũ
cæteris expositoribus ergo & c. Ex his autem liquet
tertium principalr̃ intentum ꝙ .s. processus Arist.
non sufficienter uŕ ꝓbasse minorẽ .s. primus motor
est uirtutis infinitæ: sed equiuocationem uidetur
cõmisisse in medio termino qui est mouẽs tempore
infinito/ dũ in maiore pro syllogismi quæ fuit con°
textus. 78. sumitur pro tempore infinito/ infinitate
se tenente ex parte mobilis/ quũꝫ dicitur omne mo
uens tempore infinito est uirtutis infinitæ: & in mi
nore sumitur pro tempore infinito / infinitate se te
nente ex parte spatii / quum dicitur / sꝫ primus mo
tor mouet tempore infinito. Restat igř ambiguitas
non parua in hoc ꝓcessu. Omissis aũt opinionibus
pluribus quæ a diuersis de ui huius demõstrationis
dicta sunt.

Scoti re/sponsio. ¶ Scotus enim in quollbetis. q. 7ª. ad primum cre
dens ſm Arist. primuꝫ motorem infiniti uigoris in/
tensiue: dixit hoc concludi ex eo qd' mouet a se: q a
ꝙ mouet a se est a se / & cõter habet plenitudinem
actiuitatis & entitatis quæ absq infinitate intẽsiua
non est.

¶ Egidius uero in. 8°. physicorum credens idem
responsio egidii. dixit hoc concludi ex eo ꝙ totus motus infinitus ẽ
proprius effectus dei: quia quod potest in infinitũ
motũ quo ad suaꝫ totalitateꝫ/ potest nihil minus in
ipsuꝫ si sit unius mobilis absolute: ꝗ si sit unius mo
bilis infinities iterati/ & cõter est uirtutis infinitæ:
quia a ꝓpria causa effectus recipit mensurã & spẽꝫ.

improbatio utriusq. ¶ His inq̃ omissis quia absq probatione dicta sũt:
quod mihi uidetur scribendum est. Mirum enim
& (ut melius dicamus) extraneũ ualde est/ ꝙ Arist.
medium terminum tacuerit & tantum studium ap
posuerit circa id sine quo sua ratio ex tacito medio
tenet / ut Scotus dicit. Non enim in. 8° physicoꝝ
aliud medium assumitur / nisi mouere tempore in/
finito/ & de hoc magna sollicitudo fuit ꝙ exigat uir
tutem infinitam. Constat autem ꝙ hoc abstrahit a
mouere a se uel non a se/ & ꝙ motioni a se accidit ꝙ
sit in infinito tempore. Nihil enim minus conclude
retur: si esset in tempore infinito/ ut ipsemet fateť.
Nec ualet responsio dicens ꝙ infinitas non depen/
dens sꝫ prima / est proprium medium ad uirtutem
infinitã: quia ſm hoc primitas motus esset propriũ
medium / siue ille motus sit finitus / siue infinitus.
Et sic ideꝫ qd' prius. Vnde finitas & infinitas motus
undiq per accidens concurrunt. Et sic Arist. scien/
tiaruꝫ artifex tacuisset ea quæ sunt per se in medio
termino .s. primitateꝫ motus & sollicitus fuisset cir
ca ea quæ sunt in eo per accñs .s. infinitateꝫ tempis.
Cuius oppositum ubiq docuit faciendum. Egidii
uero deductio ꝗuis ueritatẽ a longe tangere uideať
ut in sequentibus patebit: ueritatem tñ assequuta
non est: quia ex eo ꝙ totus motus cœli ponitur effe
ctus alicuius causæ ꝑ se nõ est ab eo nec sequacibus
deducta infinitas intẽsiua illius causæ: sꝫ assumptæ
sunt propositiones uoluntariæ uel remotæ: utpote
ꝙ proprius effectus a per se causas recipit: speciem:
& mensuram. Ex hac enim non habetur ꝙ totalitas
infinitatis extensiuæ/ necessario fiat per se ab infini
tate intensiua / sicut nec ex hac effectus infinitus fit
a causa infinita / quuꝫ non appareat quare ipsa to/
talitas & unitas infiniti motus non possit per se in/
tendi / & fieri a uirtute finita immobili ad conti/
nuandam & conseruandam perpetuo inferioꝝ suc/
cessionem & c. ut dicitur in 2° de generatione. tex.
56°. & .12°. methaphisicæ. co. 36°. Latius igitur
ꝙ mihi in re hac apparet prosequenduꝫ est eo ꝙ dif
ficultatem motam directe discutit / & ad principale
ꝓpositum propriam uiam docet: & Arist. raꝫ menti
ꝗ uerbis ꝯsona uidetur. Præmittenduꝫ est: ergo p°.
ꝙ perpetuitas motus sicut & alia quantitas: duplr̃
imaginari põt ꝙ fiat ab aliqua uirtute uno modo ꝑ
se primo 2° modo non per se p°: & ne in equiuoco
laboremus. Illud dicitur fieri ꝑ se p° ab aliqua uir
tute in quo potest uirtus illa ex propria ratione. In
illud auteꝫ dicitur posse aliqua uirtus ex propria ra
tione in quod potest ex perfectione clausa infra lati
tudinem propriam illius uirtutis. Et per oppositũ
illud dicitur fieri non per se p° ab aliqua uirtute: ꝙ
quidem fit ab illa uirtute ex aliqua conditione an/
nexa illi uirtuti / quæ est extra latitudineꝫ illius uir
tutis formalr̃ sumptæ. u. g. & est exemplum defer/
uiens proposito: uirtus calefactiua ut octo. B. ignis
durantis centum annis potest in duos effectus .s. &
calefacere ut octo / & centũ annis continũare habet
calefactionis motum. Sed primum potest ex rõne
propria inquantũ est uirtus calefactiua tantæ perfe
ctionis .s. ut octo. Hæc enim perfectio intra latitu/
dinem uirtutis calefactiuæ clauditur. Secundum
uero non potest ex ꝓpria ratione. Alioquin omnis
uirtus calefactiua ut octo hoc posset / qd' pꝫ falsum
in. D. igne durante ꝑ diem tñ/ sed potest ex annexa
sibi duratione centuꝫ annoꝝ quam patet esse extra
rationem uirtutis calefactiuæ & cuiuscunq alterius
uirtutis motiuæ formalr̃ sũptæ. Ideo enim. B. ignis
potest continuare calefactionem per centuꝫ annoꝝ:

quia eius uirtus durat centuꝫ annis / ut de se patet.
Tunc ergo ꝑpetuitas motus dicitur fieri p se p° ab
aliquo / qñ ex perfectione intra latitudineꝫ potẽtiæ
agentis clausa causatur. Tunc aũt non p se p° qñ nõ
ex rõne propriæ potentiæ agentis / sꝫ ex conditione
illius fit. Ex hac aũt distinctione ex pte effectus ma
nifeste patere põt alia distinctio ex parte causæ. Põt
siquidem dupl'r imaginari aliquã uirtutem esse con
tinuatiuaꝫ motus tempore infinito. Vno mõ per se
p°. i. ex rõne propria / ut exposuimus. Et alio mõ
non p se p° / sꝫ ex annexa eius cõditione / ut esse ex
posuimus. Differunt aũt uis ꝑpetuatiua motus p se
p°. & uis perpetuatiua non p se p° ex assignatis ra
tionibus adhuc dupl'r: p° in hoc ꝙ uis ꝑpetuatiua p
se p° respicit infinitatem durationis / ut p se p° effe
ctuꝫ & p se p° terminuꝫ / quia ex ꝓpria latitudine in
illam põt sicut uis calefactiua respicit calefactioneꝫ
seu calorem / ut per se p° effectuꝫ & terminum. Vis
aũt perpetuatiua non p se p° respicit infinitateꝫ du
rationis nõ ut per se p° effectuꝫ / sꝫ ut conditionem
proprii effectus. 2° in hoc ꝙ illa respicit q̃titatem
durationis / ut p se ꝓprium effectum / quia infinitas
durationis quædam q̃titas durationis essentialr est /
omnem q̃titatis durationeꝫ in se claudens. Ista aũt
non nisi per accñs q̃titatem durationis respicit. s. ut
conditionem necessario comiteꝫ sui ꝓprii effectus /
quia nõ ex propria rõne / sed ex annexa conditione
hoc facere supponit. His uero p̄libatis: opꝫ 2° tres cõ
ditionales stabilire / ex quaꝝ ueritate ꝓpositi rõ hr.

¶ Prima cõditionalis ẽ. Si a p se p° mouet tp̃e infi
nito. A. est uirtutis infinitæ intensiuæ. Declarat̃ ista
quia stando in latitudineꝫ uirtutis p se respicientis
q̃titatem durationis ut ꝓpriuꝫ effectum quæ potest
uocari uirtus q̃tificatiua motus intelligendo de q̃ti
tate durationis ualet argumentũ ad continuanduꝫ
aliq̃to tp̃e requiritur aliq̃ta uirtus / ergo ad maius
tempus maior uirtus: ergo ad infinituꝫ infinita. Et
fundatur hæc cõñia super illã regulaꝫ: sicut simpl'r
ad simpl'r: ita magis ad magis & maximus ad maxi
muꝫ / quæ absqꝫ dubio ul'r necessario tenet in iis q̃
se respiciunt p se p°. ut sanctus Th. in. 3° cõtra gen.
c° 138° dicit. Fundatur etiaꝫ super illud principium
methaphysicũ cuiusqꝫ potentiæ actiuæ ꝓpria latitu
do proportionalr respondet ꝓpriæ latitudini sui p
se p° effectus: quod pꝫ inductiue in omnibus: ergo
uirtutis q̃titatiuæ motus si esset ꝓpria latitudo re
sponderet ꝓpriæ latitudini q̃titatis durationis / sed
ꝓpria latitudo q̃titatis durationis attenditur penes
extensioneꝫ durationis: quia duratio nõ augetur p
intensionem ut qualitas / sꝫ extensionem ut q̃titas:
ergo uirtus q̃tificatiua q̃to maioreꝫ posset q̃titateꝫ
durationis ꝓducere tãto maior esset: ergo si infinita
infinita. Vnde ꝓportio uirtutis q̃tificatiuæ seu con
tinuatiuæ motus ad q̃titateꝫ p se durationis ẽ sicut
ꝓportio uirtutis calefactiuæ ad q̃titateꝫ p se caloris
Et nulla est dr̃ia ꝓportionuꝫ / q̃uis sit dr̃ia reꝝ sub
stractaruꝫ ꝓportionibus / quia q̃titas p se caloris est
q̃titas intensiua: q̃titas uero durationis ẽ extensiua.
Qd̃ tñ / ut ex dictis pꝫ / ꝓportionem non uariat: eo ꝙ
hoc est materiale & per accñs: formale. n. est ul'r lo
quendo ꝙ latitudo cuiusqꝫ potentiæ actiuæ rñdeat
latitudini ꝓpriæ sui p se p° effectus. An uero latitu
do ꝓpria effectus atendatur fm extensioneꝫ uel in
tensionem accñs esse cognoscit' ab exercitatis in me
thaphysica. Et ideo eadem rõne proportionis tenet
cõñia supradicta: qua tenet ista. Ad producendum
aliq̃tuꝫ caloreꝫ requiritur aliq̃ta uirtus calefactiua:
ergo ad maiorem maior / ergo ad infinituꝫ infinita.
Siquis aũt dixerit supradicta principia non habere
locũ nisi q̃do q̃titas p se effectus est q̃titas intẽsiua:
quũ ph̃ia abhorreat uoluntarium: opꝫ huius restri
ctionis rõnem reddere. Nulla aũt rõne fulta apparet
hæc rñsio nisi forte dicat' ꝙ q̃a magnitudo uirtutis
non est nisi fm q̃titatem ꝑfectionalem: ideo non re
spondet nisi q̃titati perfectionali effectus. Quãtitas
aũt perfectionalis non ẽ q̃titas durationis. Non. n.
q̃to maior duratio tanto perfectior effectus fit. Sed
æqualis perfectionis est ignis durans per horaꝫ & p
duas horas & p tempus infinitum: ut dr̃ p° ethicoꝝ
c° 7°. Sed hæc rõ in hoc deficit & quasi equiuocat:
qm̃ dupl'r cõtingit loqui de q̃titate durationis. Vno
modo fm se alio modo ut ẽ cõditio aliaꝝ reꝝ. Si cõ
sideret' ut est cõditio reꝝ: puta hominis aut albedi
nis: sic quuꝫ sit extra rõnes formales reꝝ: non auget
propriam perfectioneꝫ alicuius rei. Non. n. est ꝑfe
ctior calor durans centuꝫ annis q̃ durãs uno die. Et
hoc mõ est fmo de q̃titate durationis in p° ethicoꝝ
ut patet ibidem ex. co. Auer. & S. Th. Et cõñter hoc
modo uerificatur ꝙ q̃titas durationis non ẽ q̃titas
perfectionalis / nec sibi proportionat' uirtus actiua
alterius effectus. Si uero cõsideretur p° modo. s. fm
se / sic cum bonum diuidatur in decem pñta sicut
ens / ut in p° ethicoꝝ ibideꝫ dr̃ & q̃titas durationis
sic quædaꝫ entis spẽs: quandaꝫ esse bonitateꝫ fm sẽ
necesse ẽ ponat. Ac p hoc manifeste pꝫ: ꝙ si duratio
aliquam ꝑfectionem fm se poner: maior maiorẽ po
net: & infinita infinitaꝫ. Sicut etiaꝫ q̃titas molis ali
quam ꝑfectionem dicit (Alioquin inter entis spẽs
non esset) & maior maiorem & infinita infinitam.
Nõ minus in suo ordine q̃ calor infinitus. Et tñ q̃ti
tas molis maior & infinita dr̃ fm extensioneꝫ. Qd̃
ergo q̃titas durationis sit q̃titas ꝑfectionalis potest
dupl'r intelligi. s. ut conditio alioꝝ: & sic est falsum:
quia est extra latitudinem rõnis formalis cuiuscũqꝫ
alterius rei. Alio modo fm se: & sic ipsa q̃titas du
rationis est quædaꝫ perfectio uendicãs sibi q̃titateꝫ
perfectionaleꝫ fm suaꝫ extensioneꝫ / quemadmodũ
calor uendicat sibi eam fm suaꝫ intensioneꝫ. Vnde
ad rationem in oppositum dicenda sunt duo: p° ꝙ
non oportet q̃titatem durationis esse q̃titatem ꝑfe
ctionis / sed habere illam intra suam latitudinẽ sicut
nec calor est q̃titas perfectionis sed habet illam. 2°
ꝙ falsum est / ꝙ q̃titas durationis fm se non ponat
q̃to maior maiorem perfectionem: q̃uis non ponat
maiorem perfectioneꝫ huius / puta caloris ul' homi
nis. Et quia sermo in prædicta conditionali habitus
non est nisi de q̃titate durationis fm se: cõñs est ꝙ
firma stet ueritas illorum principiorum etiaꝫ in his
effectibus quorum propria q̃titas est q̃titas exten
siua. Talia enim maiorem semper ponunt ex augu
metata extensione perfectioneꝫ suæ spẽi. Manifeste
aũt patere possũt omnia quæ de ꝑfectione q̃titatis

durationis diximus in hac solutione ex q̄titate mo-
lis, applicando distinctiones factas & cætera dicta ad
ipsam, ut facile est cuiq; exercitato deducere. Vnde
potest formari ad principale propositu; ratio talis.
Magnitudo uirtutis respōdet proportionalr magni
tudini per se effectus sic q aliq̄ta uirtus ad effectum
aliq̄tæ perfectionis requiritur & maior ad effectum
maioris perfectionis: & infinita ad infinitæ perfe-
ctionis effectum. Sed duratio est effectus aliquantæ
perfectionis: ergo ad faciendu; per se p° aliquanta;
durationem requiritur aliquanta uirtus, & ad ma-
iorem maior, & ad infinitam infinita: quum maior
duratio maiorē dicat pfectione;, & infinita infinitā.
¶ Rogoq; omnes iteru; atq; iterum, ne auertendo
mentis intuitum ab eo qd est p se ad id qd est accñs
fallantur innitētes supra adductæ glosæ absq; rōne
dicendo q si ad effectum aliq̄tæ perfectionis requi-
ritur aliq̄ta uirtus ad effectū maioris uirtutis inten-
siue requiritur maior uirtus non aūt ad effectu; ma
ioris pfectionis extensiue, qualis est maior & maior
duratio. Hæc enim glosa, ut ex dictis patet, optima
est loquēdo de causa p se p° illius effectus cui utraq;
q̄titas conuenit intensiua intra ppriam latitudine;
& extensiua extra sicut est calor &c. Vniuersalr aūt
loquendo de q̄titate causæ in ordine ad pprium ef-
fectum & eius q̄titate; infra latitudinis suæ limites
clausam: nulla opus est distinctione, eo q eadem rō
saluatur in pportione causæ & effectus siue fm pro
priam rōne; augeatur intensiue siue extensiue, rō .s.
maioris & minoris perfectionis fm propriam rōne;
suæ speciei. Non eni; tenet illa regula in effectibus
q̄titatis intensiuæ alia ratione, nisi quia q̄to effectus
per se p° alicuius est pfectior intra latitudinem pro
priam, tanto perfectiorem causam exigit. Propter
hoc.n. ex maiore q̄titate extensiua caloris producti
non concluditur maior uirtus calefactiua: sed ex in
tensiua tm̄. Illa.n. auget perfectionem caloris extra
propriam latitudinem caloris: ista aute; intra. Hæc
aūt met ratio saluatur in effectibus q̄titatis præcisæ
q̄titate extensiua. Qm̄ eo; propria perfectio auget
intra propriam latitudinem fm extensiuam augu-
mentatione;. Vnde ulr loquendo effectum esse per
fectiore; intensiue uel extensiue accidit effectui per
fectiori fm propriam latitudinem suæ rationis for-
malis q p se consideratur in hac ratione, & est ratio
utriusq; eoru;, q perfectiorem causam exigat & cō
cludat, sicut esse album uel nigru; accidit colorato:
& est ratio eorum q sint uisibilia.
¶ Falli autē hic multos contingit in re hac: ex eo q
in cæteris entibus a quātitate manifeste uidemus: q
sola augumentatio intensiua effectus p se concludit
maioritatem uirtutis per se p° actiuam illius & nul
lam perhibent sensus uirtutem actiuam per se p°
q̄titatis propter q nunq̄ intellectui oblata apparet
augumentatio uirtutis ex extensiuo cremento effe-
ctus. Quicquid enim sit de uirtute actiua per se p°
q̄titatis siue permanentis siue successiuæ discernen
du; est intellectus acumine (ut dictū est) inter entia
quorum propria perfectio consistit in intensione, &
quorū propria perfectio consistit in extensione: qm̄
in illis extendi est extra limites rationum formaliū
suarum. Et propterea non concludit maiorem per
fectionem uirtutum actiuarum illorum entium. In
istis autem extendi est infra rationes formales eo;:
& est ipsum eorum esse intendi. Et ideo equidem
exigit & concludit in uirtute eoru; actiua per se p°
q in illis infert intendi. Si inuenitur uirtus per se
p° actiua q̄titatis. Vnde nō obstat proposito siquis
dicat non dari in rerum natura huiusmodi uirtute;
q̄tificatiuam motus. Nobis enim sat est ueritatis cō
ditionalis quæ permanet etiam antecedente & con
sequente impossibili. Similiter puerile est siquis pu
tet dictum processum ideo non tenere in effectibus
q̄titatis extensiuæ: Sed intensiuæ: quia in extenso
id qd additum licet perfectio quædam sit, non inclu
dit in se minus extensam et aliquid ultra. Intensius
autem includit in se remissum & aliquid ultra perfe
ctionis addit. Et ideo hoc requirit maiore; uirtute;
illud uero æqualem. Puerile inq̄ dixi, quia sic se h;
maius fm extensione; ad minus: puta spatiu; dua;
hora;: ad spatiū unius aut bicubitū ad cubitū, sicut
maius intēsiue ad minus, puta calor, ut quatuor ad
calorem ut duo. Vtrobiq; siquidem maius claudit
minus, & aliquid perfectionis propriæ rationis for
malis addit. Constat autem ex dictis q in prædicto
processu nulla facta est ratio exigens aut supponens
aliam similitudinem proportionum inter intensu;
& extensum nisi maioris ad minus. Argutum enim
semper est hoc modo. Potens per se p° in aliq̄tum
est aliq̄tæ uirtutis: ergo potens in maius, ē maioris:
ergo infinitu; est infinitæ. Nihilominus diligenter
aduertenti apparebit, q quemadmodu; in extenso
pars addita priori non includit priore;: & ideo seor-
sum non inferret maiorem uirtutem, ita in intenso
gradus.u.g. additus non includit priores, nec est ma
ioris pfectionis gradus quartus albedinis: q̄ sit pri-
mus: nec ex pfectione maiore quarti gradus seorsu;
infert maior uis calefactiua: S; ex eo q totū calidū
puta habēs quatuor gradus caloris, est perfectius q̄
calidum, ut duo quemadmodum etiam arguitur
ex eo q totum extensum est perfectius. Friuolum
quoq; omnino est, siquis admictat prædictum pro-
cessu; tenere quo ad effectus quantos quantitate p
manente, non autem successiua. Oportet.n. abra-
dere principia tradita in.6° & 7° & 8° physicorū de
uirtutibus motiuis & earum proportione: Quum
motus & tempus de quibus ibi est sermo successiua
entia sint. Stat ergo ueritas primæ conditionalis.
¶ Secunda autem conditionalis est ista: Si.A. mo
uet tempore infinito unum motu; continuum &c.
A. est mouens immobile. Et accipimus mouet pro-
prie, ut distinguitur contra mutare. Et rursus acci-
pimus mouet, ut motor, non ut instrumentu; mo
toris. Primum propter illuminationem secundum
propter corpus cœleste trahens secum ignem: que;
nihil minus traheret si ide; ignis numero perpetuo
conseruaretur fm totum & partes. Et etiam pptr
primum orbem trahentem secum alios (ut multis
placuit) q̄uis non sufficienter. Probatur ista cōtra
8° phiorum tex.58°. ex proposito & 12° meth.tex.
43°. ex hoc q motor motus non semper eode; mō
se habet aut in se aut in ordine ad mobile. Id aute;

quo ſemper prouenit idem eodem modo ſe habere neceſſe eſt, utroq; modo, ut patet, ergo &c. Ex his autem duabus conditionalibus uerificatis anteq̃ ueniamus ad terriam. Iam patere poteſt diſtinctio ſuperius præmiſſa cũ ſuis membris in ſpeciali. Liquet enim iaȝ ꝙ ppetuitas motus duabus atteſtatur cauſis .ſ. infinitati uirtutis per ſe p° cauſantis ipſaȝ, aut immobilitati motoris, & coĩter diuerſimode dependet ab illis, & illas infert, q̃m infinitatem non infert niſi in uirtute p°. ſeu ex propriæ latitudinis perfectione illaȝ cauſante. Immobilitatem uero uirtutis infert in omni uirtute cauſante ipſaȝ. Et merito, qa immobilitas eſt extra latitudinem perfectionis uirtutis taȝ motiuæ q̃ q̃tificatiuæ motus. Infinitas aũt rõnis formalis cuiuſq; infra ipſius latitudinem clauditur. Gradualitas eniȝ alicuius ſpeciei puta caloris etiam ſi in infinitum creſcat, caloris naturam non exit. Immobilitas uero conditio eſt extra totam latitudinem caloris. Siue enim intelligatur calor ut quatuor, ſiue ut mille, ſiue ut infinitus nunq̃ puenietur ad hoc ꝙ ſit immobilis, infra limites caloris ſtando. Et qꝺ de calore exemplificauimus, de cæteris uirtutibus actiuis formalr ſumptis, ſiue ſm rem ſint in materia ſiue non intelligi uolumus. Oportet enim phm formalr loqui. Vnde diſtinctio iam probata in terminis ſpecialibus reperi poteſt ſic. Perpetuitas motus duplr poteſt imaginari ꝙ fiat: uno mõ a uirtute p ſe p° ipſam cauſante: & ſic oportet ꝙ fiat a uirtute infinita intenſiua, ut patet ex prima conditionali: alio modo a uirtute non per ſe p° ipſam cauſante, ſed per ſe p° cauſante talem motum, & ſecundario cauſante eius perpetuitatem, ut illius conditionem. Et ſic opȝ ꝙ fiat a uirtute motiua immobili quæ etiam pfectione ſuæ uirtutis cauſet talẽ motũ: puta Saturni. Et ex immobilitate eiuſdem ſemper perſeueret idem faciens: ut ſic conditio uirtutis ſit cauſa conditionis effectus ſicut in p° modo propria perfectio ipſius uirtutis eſt cauſa propriæ pfectionis effectus. Et propter hoc Ariſt. 8° phiorum in textu 78°. infinitateȝ temporis motus aſcripſit infinitati uirtutis: & in textu. 85°. aſcripſit immobilitati motoris ut iaceret fundamenta & ad primum motoreȝ & alias intelligentias inueſtiganduȝ, ut ibideȝ diuus Thomas notauit. Ex primo enim primum motoreȝ 8°. phiſycorum textu ultimo, & .12°. metħ. tex. 41 concludit. Ex 2° uero numerum intelligentiatum tex. 43° & 44°. Non eniȝ ibi inueſtigatur numerus infiniti motoris, ut quidam rudes & cæci dicunt .ſ. numerus motoris inalterabilis & immobilis, ut pȝ ex fine textus .41. & ex ipſo textu .43°. ubi ſemper eſt ſermo de immobilitate motoris tp̃e æterno &c.

❡ Tertia igitur cõditionalis cuius antecedens ſupponit Ariſto. cum ſuis ſequacibus eſt iſta. Si cœlum mouetur tempore infinito: ergo primum mouens ipſum eſt infinitæ uirtutis interſiuæ.) Et aduerte difformitatem inter hanc conſequentiaȝ & priores. In prioribus enim inferebatur .A. mouet &c. ergo A. eſt infinitæ uirtutis, ut in prima, uel ergo .A. eſt uirtutis immobilis, ut in 2°. In hac uero non inferimus: ergo mouens cœlum, nec ergo quilibet motor cœleſtis, ſed ergo primuȝ mouens eſt uirtutis infinitæ intenſiuæ. Probatur iſta ſic: Cœlum mouet tempore perpetuo: ergo ab aliqua uirtute per ſe p° & directe potente in ſempiternitatem motus. Talis eſt infinita intenſiue, ut patet ex ueritate pᵉ mæ cõditionalis probatæ: ergo inuenitur aliqua uirtus infinita intenſiua. Aut igitur iſta uirtus eſt in quolibȝ motore cœleſti aut in p° tm̃. Non in quolibet, tum quia non oportet, tum quia neuter ab altero dependeret, in ſepiterne mouere. Fatuum eniȝ eſt ponere infinitum ut ſic dependere, tum quia aliquid conueniret pluribus primo .ſ. mouere ſempiterne, qꝺ eſt impoſſibile, ut monſtratur p° poſteriorum: ergo eſt in primo motore tm̃. Totus proceſſus clarus eſt & firmus, ſi .1ª. conſequentia probabitur, cuius uis cõſiſtit in iſta cathegorica. Sempiternitas motus cauſatur ab aliqua uirtute per ſe p° intendente per potente in ipſam. Hac igitur propoſitione probata: nihil remanebit huius rationis probandum.

❡ Probatur ergo p° ꝙ hoc ſit poſſibile, deinde ꝙ ſit de facto. Primum probatur, quia ſi eſſet inconueniẽs aut impoſſibile ſempiternitatem motus cauſari ab aliqua uirtute actiua per ſe p°. hoc nõ eſſet niſi uel quia duratio motus cuius ſpecies eſt ſempiternitas, non eſt res ſeparabilis a motu, ſȝ ſimul eſt & non eſt, & fit, & non fit cum motu. Ac per hoc ſufficienter fit a quolibet mouente ſicut & motus: uel qa duratio motus paſſio motus eſt eo ꝙ tempus ut dicitur in 4° phiſycorum textu. 130. & .12°. methaphiſycæ textu. 29°. aut eſt idem motui aut eius paſſio. Paſſioni autem non debetur aliud agens q̃ productiuum ſubiecti, ut patet inductiue: uel quia ut ſuperius tactuȝ eſt duratio motus non eſt niſi cõditio eius, conditionibus autem rerum non debet propria uirtus actiua, ſed ſat eſt conditiones actus ſequi. Præter eniȝ hæc tria non apparet ratio quare impoſſibile aut inconueniens ſit ſempiternitatem uendicare ſibi uirtutem per ſe primo eius actiuam. Sed nihil horum impedit. Inſeparabilitas ſiquideȝ duarum rõnum formaliuȝ, & ſi concludat ꝙ producens unam in rerum natura producat alteram, non tñ concludit ꝙ a quocunq; producitur per ſe primo una, ab eodem producatur per ſe primo & altera. Quãuis enim eſſe ens ſit inſeparabile ab eſſe tale ul' tale ens, & per hoc habeatur ꝙ cauſans tale ens ſi cauſet etiam ens, non tamen ſequitur: ergo ſi eſt cauſa per ſe talis entis inq̃tum tale: ergo & inq̃tum ens. Vnde Ariſt. in 6° metħ. in principio uenatur principia & cauſas entium inq̃tum entia. Durationem autem paſſionem eſſe motus, & ſi uerum ſit quo ad aliquid, puta quia ſub ratione temporis diffinitur per motum & inſeparabiliter comitatur ipſuȝ tanq̃ poſterius ſuum prius, non tamen eſt ueruȝ ſimplr. Quia conſtat ꝙ uere & ſimplr paſſio alicuius ſic producitur conſecutiue ad productionem ſubiecti ut a uirtute p ſe primo productiua ſubiecti ſecluſo quocunq; extrinſeco ſufficienter emanet. Duratio autẽ ſiue ſempiternitas motus non emanat a uirtute motiua, ut ſic ratione ipſius uirtutis, ſed conſequitur conditionẽ extrinſecaȝ ipſius uirtutis .ſ. durationeȝ eius, ut pȝ inductiue. Non eſt igitur paſſio proprie loquendo ſed potius conditio inſeparabilis. Nec ex-

